



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

36. De Innocentibus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

maiōr festiuitas subsequitur. Non enim congruum est, vt psalmos vespertinales tantummodo praecedenti festo, reliqua

Regula cōmu-
nis de secundis
vesperis singu-
lorum festiuita-
rum.

verò subsequenti tribuamus. Nam sancti Patres nullum nobis inde exemplum re^s liquerūt, qui potissimum nos concordia officiorum singulari diligētia seruare docuerunt. Summa tamen festiuitas siquando minorem subsequitur, secundam vesperam prioris festi ex toto sibi non incōgruē vendicabit, vt octaua Domini secundam vesperam sancti Sylvestri. Vesperam quidē de quolibet festo vniiformiter perficimus, deinde alterius festi, si necesse fuerit, post Benedicamus Domino, memoriam facimus, vt de sancto Stephano, & de sancto Iohanne obseruamus.

De Innocentibus,

C A P. XXXVI.

20
IN nativitate Innocentium Gloria in excelsis & Alleluya secundum ordinem reticemus. Item, Te Deum laudamus, & Ite missa est, quæ cum Gloria in excelsis Romano more solent admitti vel prætermitti. Hæc, inquam, omnia omittuntur, nisi Dominica fuerit; Gloria patri verò nun-

nunquam dimittimus , nisi de passione
Domini. Merito autem passio sanctorum
Innocentium minus festiuè quam alio-
rum sanctorū celebratur, quia licet mar-
tyrio coronati, nondum tamē ad gloriam
sed ad infernalem poenam discesserunt.
Nā ante descēsum Christi ad inferos, nul-
lus sanctorū ad illam gloriā peruenit, ad
quam ipse antiquos sanctos perduxit, &
deinceps suos sequaces perducere non
desinit. Sed quia ipsi in resurrectione Do-
minica , cum reliquis sanctis liberari &
conglorificari meruerunt, conuentif-
sime & ipsi iuxta ordinem, solitam gloriā
in officijs cū reliquis sanctis obtinebunt,
si natalis eorum usque ad diem resurrec-
tionis , id est , dominicam peruererit.
Octauam quoque eorum codem modo
vt aliorum sanctorum celebramus, quia
iam transacta die resurrectionis non du-
bitamus eos gloriari cum alijs sanctis.

Sanē locus hic
intelligēdus de
poena quam vo-
cant scholastici
Carentia visio-
nis Dei , neque
enim alia poena
affecti credun-
tur pro Christo
martyriū passi.

De Officio, Dum medium silentium.

C A P . XXXVII.

Si Nativitas Domini vel aliqua sub-
sequentium solemnitatum in Dominica
euenerit , officium Dum medium silen-
tium